Property of the Catholic Archdiocese of San Antonio Archives

Ego infrascriptus, Rector Seminarii Sancti Philippi Ne_rii pro mexicanis, Amplitudini Tuae, qua par est reverentia, quod sequitur expono, nimirum:

Hoc in Seminario Sancti Philippi Nerii pro mexi_canis unus alumnus commoratur, scilicet, inus Aguirre ad dioce_sim de Guadalaxara in Mexico pertinens, quem necessitatis cau_sa ad Primam Tonsuram et Quatuor Ordines Minores promoveri in Domino suus Ordinarii existimaverunt.

Quapropter Amplitudinem Tuam rogo ut ad me mitte_re digneris litteras testimoniales quae de jure requiruntur, cum Seminarium de quo supra in tua Dioseci situm sit.

Pro qua gratia etc.

Apud Castroville, die 26 anni Domini 1917.

Emmanuel Reynoso.

AD ILLMUM. ET RMUM. D.D.

GULLIELMUM SHAW,

EPISCOPUM SANCTI ANTONII.